

sibus aequaliter derogare. Ut autem praedicta nostra donatio — et unio permaneat in aevum inconcussa, praesens privilegium desuper conscribi et sigillorum nostrorum maiorum appensione fecimus communiri. Actum et datum in Dresden anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, feria tertia in festo pentechostes.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den grossen Reitersiegeln der Markgrafen Friedrich, Balthasar und Wilhelm an Pergamentstreifen.

No. 590. 1369. 6. Juni.

*Heinrich, Probst des Augustiner-Chorherrenstifts vor dem Berge in Altenburg, beauftragt die Pfarrer zu Eilenburg und Thallwitz den edlen Bodo von Eilenburg, der vor ihm als vom apostol. Stuhle ernanntem Richter nicht erschienen, aufzufordern binnen eines Monats seiner Verpflichtung nachzukommen oder mit der gegnerischen Partei sich zu vergleichen, und befiehlt zugleich denselben im Unterlassungsfalle als mit dem Kirchenbann Belegten allsonntäglich öffentlich zu verkündigen.*

Heynricus dei gratia praepositus canonicorum regularium in Aldinborg iudex unicus a sede apostolica ad partes infrascriptas specialiter delegatus, discretis viris dominis . . in Ylebork et . . in Talowicz plebanis vel vices eorum tenentibus salutem in domino et mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter obedire. Quia nobilis dominus Bodo de Yleborg reus termino iuris ad impugnandum rescriptum apostolicum vel petitioni partis actricis respondendum a nobis in iudicio sibi statuto expectatus in crastinum per se nec per suum procuratorem seu responsalem comparuit, sed contumaciter se absentavit, quare ipsum dei nomine in his scriptis reputamus contumacem, mandantes vobis sub bono obedientiae et poena suspensionis ingressus ecclesiae, trium tamen dierum monitione praemissa, quorum primum pro primo, secundum pro secundo, reliquum vero pro tertio et peremptorio termino vobis assignamus, quatenus dictum dominum Bodonem fideliter commonitum habeatis, quem et nos praesentibus amonemus, ut infra mensem continuum a data praesentium computando contumaciam suam expurget vel saltem cum parte actrice componat, alioquin ipsum dominum Bodonem, quem et nos ex tunc prout ex nunc excommunicamus, excommunicatum singulis diebus dominicis in vestris ecclesiis intra missarum solempnia publice denunciatis coram plebe, donec a nobis aliud receperitis in mandatis. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXIX<sup>o</sup> in crastino sancti Bonifacii. Reddite litteram vestris sigillis in signum exsecutionis per vos factae sigillatam poena sub praedicta.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen auf Papier; das Siegel fehlt.

No. 591. 1369. 9. Juni.

*B. Johann eignet der Domkirche Zinsen von zwei Hufen in Mittelebersbach zu einer täglichen Frühmesse in der Mariencapelle.*

In nomine domini amen. Nos Johannes dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis notum facimus — quod quia honorabilis vir dominus Palbertus cantor et canonicus ecclesiae nostrae Misnensis — ab honestis viris Georgio necnon Nycolao et Bernhardo fra-